Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0001-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0002-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0003-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0004-7

1772.

*
1. Breyer, Jo. Christophorus Fridericus: Programma, quo procurator universitatis ad orationem inauguralem Jo. Christophori Friderici Breyeri invitat.

2. Breyer, Jo. Christophorus Fridericus: De potestate Augustissimi suppletoria utpote parte potestatis judiciariae necessaria

3. Canz, Eberhard Christoph: De furto ex necessitate commisso ad art. 166. ord. Crim. Carol.

4. Canz, Eberhardus Christoph: De juribus et obligationibus uxoris vel repudiato vel denegato beneficio renunciandi communioni bonorum, maxime secundum jus Würtembergicum.

5 Hoffmann, Gottfried Daniel: De capitulo Salisburgensi sede vacante collegium principum dirigente.

6. Hoffmann, Gottfried Daniel: De interdictis exportationis frumentorum territorialibus.

1772

7. Tafingerus, Fridericus Gottlieb: De potestate judiciaria statuum imperii Romano Germanici generatim, Serenissimorum Hassiae Landgraviorum imprimis Darmstadiensium speciatim.

1773

1. Canz, Eberh. Christophorus: De jure detractus speciatim Wirtembergico.

2. Hoffmann, Gottfried Daniel: De termino apanagiorum ad quem sive quando apanagia deberi desinant?

3. Hoffmann, Gottfried Dan: De praecipuo conjugum Wirtembergico rite deducendo.

4. Hoffmann, Gottfried Dan: De jure reformandi ex instrumento pacis Westph. reliquo.

5 Hoffmann, Gottfried Dan: De venia aetatis feminarum Illustrium.

6. Hoffmann, Gottfried Daniel: De successione in apanagium.

7. Hoffmann, Gottfried Dan: De aetate apanagiali sive de termino apanagiorum a quo.

1773

8. Kapff, Sixtus Jacobus: De judiciis, quae Ruge-Gerichte vocantur

9. Schott, Christoph. Frider.: Primae lineae juris ecclesiastici universalis

10. Tafingerus, Fridericus Guil.: Effectus potiores communio-nis universalis constante matrimonio.

1774

1. Hofacker, Carolus Christoph.: De jure consuetudinis secundum doctrinam juris naturalis et Romani.

2. Hoffmann, Gottfried Daniel: Solani tuberosi esculenti (der Grundbiren) jura quaedam.

3. Tafingerus, Fridericus Guilielmus: Theses juridicae.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0009-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0010-0

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE

# POTESTATE AVGVSTISSIMI SVPPLETORIA

## VTPOTE PARTE POTESTATIS IVDICIARIAE NECESSARIA.

58
1772, 2.
2

QVAM
RECTORE EBERHARDINO - CAROLINAE
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE
rel. rel.

58

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO MVNERE PROFESSORIS EXTRAORDINARII
RITE CAPESSENDO
DEFENDET

IO. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS
BREYER
I. V. DOCTOR, SERENISS. DVCIS ARCHIVARIVS SECRET. ET INSTITVTI
REGII HISTORICI GOETTING. MEMBRVM CORRESPONDENS,
*RESPONDENTE*
CHRISTOPHORO ALBERTO BÜHLERO *Stuttg.*
IVR. CAND.

*Die Octobris Anno* MDCCLXXII.

TVBINGAE, LITERIS SCHRAMMIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0011-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0012-1
DFG

# CONSPECTVS DISSERTATIONIS.

*Introitus.*

## SECTIO I.

## De Poteſtate Imperatoris judiciaria in genere.

*Adhaeret ea neceſſario Summo Imperanti.* §. 1.

*In Germania ſummus Judex & fons omnis Juriſd. eſt Imperator.* §. 2.

*Continuatio.* §. 3.

*Immo & olim fons fuit Juriſd. territorialis.* §. 4.

*Quâ jam Status pollent in ſuis Territoriis.* §. 5.

*Reſtrictâ quidem, & poteſtati judiciariae Imperatoris ſuo modo ſubordinatâ.* § 6.

*Cum vel ipſa Poteſtas judic. Caeſarea per LL. Imperii reſtricta ſit.* §. 7.

*Quaenam fuerit olim facies rei judic. in Imperio.* §. 8.

*Reſpectu Principum, unde* Fürſten-Recht. §. 9.

*Reſpectu ceterorum.* §. 10.

*Ubinam ergo deciſae fuerint cauſae Principum majores.* §. 11.

*Quae praeſens facies ſit Poteſt. Imper. judiciariae.* §. 12.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0013-6

*Stabilito Camerae Imperialis Judicio,* §. 13.
*Stabilito poſtea quoque Conſilio Imp. aulico.* §. 14.
*Utrumque Tribunal Imperii pari auctoritate conſpicuum eſt,* §. 15.
*Nomine Imperatoris ſuam exercens auctoritatem judiciariam.* §. 16.

## Sectio II.

## De Poteſtate Imperatoris ſuppletoria.

*Poteſtas ſuppletoria.* §. 1.
*Competit omnino Imperatori.* §. 2.
*Ut pars individua à Poteſtate judiciaria.* §. 3.
*Competit circa Formalia aeque ac Materialia.* §. 4.
*Exemplum illuſtre in Cauſa Teſtamenti.* §. 5.
*In Cauſa Alienationis Fideicommiſſi Familiae.* §. 6.
*Exemplum primum in familia Comitum de Plettenberg.* §. 7.
*Exemplum IIdum in familia Com. de Fugger.* §. 8.
*In transactionibus.* §. 9.
*Exemplum illuſtre in familia Oetingenſi.* §. 10.
*In Convocatione Comitiorum provincialium.* §. 11.
*Exemplum I. in domo Schwarzburgo-Rudolſtadienſi.* §. 12.
*Exemplum II. in Ducatu Megalopolitano.* §. 13.
*In reſtitutione Privilegiorum.* §. 14.
*Exemplum in Ducatu Megalopolitano.* §. 15.
*Circa feuda mediata.* §. 16.
*Exemplum in Principatu Anhaltino-Coethenſi.* §. 17.
*Exemplum II. in Ducatu Megalopolitano.* §. 18.
*Tria alia exempla in eadem Domo Megalopolitana.* §. 19.
*Epilogus.* §. 20.

§. I.

## §. I.

Quum OPTIMO PRINCIPI, Patriæ Muſarumque noſtrarum PATRI, haud ita pridem placuerit, ut, denuo ornatus beneficiis ſuis ſummis, munere fungerer docendi Jura publice in perantiqua hac Academia Eberhardino - Carolina, reſervato quidem officio meo Archivarii ſecretioris, tribus abhinc annis clementiſſime mihi demandato, reſervato ſimul, quæ eſt munificentia PRINCIPIS ſumma, ſalario meo; jam in eo eſt, ut quæ ſecundum Statuta hujus Univerſitatis, atque tradito more, Profeſſori extraordinario præſtanda ſunt, propediem præſtem. *Introitus.*

Elegi argumentum hoc juris publici de poteſtate Auguſtiſſimi ſuppletoria, utpote parte poteſtatis ipſius judiciariæ, haud immemor mandati, quod à clementiſſimo PRINCIPE olim mihi datum fuit, cum abſoluto curſu ſtudiorum iter pararem ad Muſas exteras, & inprimis ad Gœttingenſes, quibus adhuc delector. Fuit autem illud, ut præprimis vacarem doctrinæ Juris publici & Hiſtoriæ Patriæ.

Utinam exſpectationi OPTIMI PRINCIPIS de me ulla ex parte ſatisfacere poſſem! Faciam certe in omni reliqua mea vita, quantum in me erit.

Propoſueram mihi initio, nonniſi de Poteſtate Imperatoris ſuppletoria ſcribere, ſed cum eadem pars ſit individua a ſuo toto, nempe a Poteſtate Auguſtiſſimi Imperatoris judiciaria, neceſſario faciendum fuit, ut primo de Poteſtate ſumma judiciaria in Imperio pauca prædixerim, quibus præmunitis cetera faciliora cognitu, & ſimul eo brevius mihi dicenda videbantur.

## Sectio I.
## DE POTESTATE IMPERATORIS IVDICIARIA IN GENERE.

### §. 1.

*Poteſtas judiciaria neceſſario adhæret ſummo Imperanti.*

Judiciariam poteſtatem ſummam, ſive ſupremam curam lites in Republica objectas dirimendi, neceſſario connexam eſſe cum ſummo Imperio, nemo inficiabitur, qui internam Reipublicæ tranquillitatem finem primarium omnis Status Civilis agnoſcit. Merito hinc Hesiodus his prope verbis ſcribit:

Hoc uno Reges olim ſunt fine creati,
Dicere jus populis, injuſtaque tollere facta.

Ecquis enim adcuraret tranquillitatem Reipublicæ, injuriasque civium a civibus averteret, niſi cui ſimul plena poteſtas foret, improbos ſua auctoritate comprimendi, &, attribuendo ſuum cuique, eo cavendi,

Ne vaga proſiliat frenis natura remotis.
Horat. Sat. Lib. II. S. 7.

Monent nos noſtra fata Germaniæ, quum jacente hac poteſtate judiciaria ſumma, quilibet vi, flammis, ferro, minis-

miniſque jus ſibi diceret, & in ipſo ſtatu pacis externæ lacerata Patria ſuis cruentaretur vulneribus, donec tandem per reſtauratam Pacem publicam, & ſimul inſtitutum ſupremum tribunal perpetuum Cameræ Imperii huic morbo medicina adhibita, omniſque Germania recreata fuit.

## §. 2.

*In Germania ſummus Judex & fons omnis Juriſdictionis eſt Imperator.*

Fuit hinc quoque in Imperio Romano-Germanico nullo non tempore ſummus Judex, & fons omnis Juriſdictionis AVGVSTISSIMVS, id quod & leges declarant, & agnoſcunt Status Imperii.

Ita olim in Comitiis Norimbergenſibus de a. 1467., cum de judicio quodam pacis publicæ ergo ſtabiliendo deliberaretur, libere profeſſi ſunt Status:

„ daß alle Recht und Gerichtszwäng von unſerm
„ Herrn dem Römiſchen Kayſer entſprießen. „

DATT. de pace publica L. 4. C. 1. p. 718. n. 180.

Pari modo Elector Saxoniæ in Conventu Electorali Fuldenſi a. 1608. per legatos ſuos declaravit:

„ Ihre Churfürſtliche Gnaden könnten der kayſerli-
„ chen Majeſtät ihre habende und herkommliche Juris-
„ diction nicht diſputiren laſſen, ſeye *fons jurisdictionis*,
„ alle Exemtionen rühren daher. „

Add. LONDORP. in Actis publicis. T. I. Cap. I. p. 3-5.
LVDOLPH Comment. ſyſtem. de jure Camerali. Sect. I. §. 1. n. 4. p. 2.
KREBS Quinq. camer. qu. 1.

Et in ipſis Capitulationibus adſtringuntur Imperatores:

„ Im Reich Fried und Einigkeit pflanzen, Recht
„ und Gerechtigkeit aufrichten und verfügen zu wol-
„ len. „ Capit. nov. Art. 16. §. 1.

„ Ingleichem auch ſo wohl den in Unſern und andern
„ der Churfürſten, Fürſten und Stände reſp. Erbkö-

„ nig-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0017-9

„ nigreichen und Landen eingeſeſſenen immediat-Stän-
„ den, als den Einheimiſchen unpartheyiſch und glei-
„ ches Recht wiederfahren zu laſſen. „ c. l. Art. 19.

§. 3.

*Continuatio.* Exercuerunt hanc poteſtatem judiciariam Reges Germaniæ jam à primis temporibus, quorum nobis conſtat memoria.

Præſidebant perſæpe ipſi judiciis, præſertim in cauſis gravioribus, vel quando querelæ de negligentia judicum inferiorum ad ipſos deferebantur.

vide CONRING de judiciis reip. germ. §. 21. 24. 38.
KRESS de variis Jurisd. criminalis in Germ. generibus. Obs. 4. §. 1.
J. H. BOEHMER de Majeſtate Imperii Magiſtratuum majorum. in Exerc. T. I. Exerc. XXII. C. 2. §. 4.

Hinc Capitularia Imperatoris Ludovici II.
apud LINDENBROG. addit. 4. C. 82. p. 1192. verbis:

„ Hoc miſſi noſtri notum faciant comitibus, quod nos
„ in omni hebdomada unum diem ad cauſas audien-
„ das & dijudicandas ſedere volumus. „

& *Annales* Fuldenſes ad a. 852.

„ Ludovicus Rex eorum vel maxime cauſas, qui à pra-
„ vis vel ſubdolis judicibus neglecti & multimodis
„ legis ſuæ dilationibus decepti, cauſas populi ad ſe
„ perlatas juſto abſolvit examine. „

Querebantur hinc Principes, ſi omiſerant id Reges, uti ALBERTUS Stadenſis in Chronico p. 242. edit. Schilteri, refert verbis:

„ Henricus Rex adoleſcentiæ uſus libertate -- -- ex-
„ ercitiis plus, quam juſticiis faciendis incuſatus eſt
„ operam dare. „

Add. *Chronicon* Halberſtad. apud LEIBNIT. rer. Brunsvic. T. II. p. 127.

## §. 4.

*Immo & fons fuit Jurisdictionis territorialis.*

Quin immo Reges & Imperatores quoque fontem fuiſſe Poteſtatis judiciariæ territorialis, neminis injuriâ dixero. Conſtat enim, fuiſſe ab initio Jurisdictionem Statuum nonniſi perſonalem, adminiſtratoriam, ſive delegatam, atque nomine Regum & Imperatorum exercitam.

Fuit hinc Regibus ac Imperatoribus concurrens Jurisdictio cum Ducibus, Comitibusque, ita ut ceſſaverit horum poteſtas judiciaria, quando ipſe Rex, commoratus in Ducatu vel Pago, judicium egit.

Perill. STRUBE in denen Nebenſtunden. T. IV. p. 40. & T. VI. p. 255.

Fuit & poſtea Imperatoribus diu cum Statibus concurrens Jurisdictio, teſte

LUDEWIG in den Anmerkungen über Seckendorffs Fürſten-Staat. pag. 68. 69.

Inde tritum iſtud ex *Speculo Suevico*. P. I. C. 13. von des Königs Gewalt:

„ Wo der König hinkommt, da ſtehet ihme das Recht
„ offen. „

adde *Jus prov. Sax.* Art. 58. Lib. I.
*Jus prov. Alem.* P. I. Art. 13.
KOCH von den Weſtphäl. Gerichten. p. 11. 20.

Duravit hæc Jurisdictio Imperatorum concurrens usque ad Seculum XIII. in quo eadem ceſſavit, cum veſtigia illius poſtea fruſtra quæſiveris.

## §. 5.

*Qua jam Status Imperii pollent in ſuis Territoriis.*

Etenim quum Status Imperii alii ſerius alii ocyus jura territorialia ſenſim ſibi vindicaverint jure ſuo, ſtabilita pridem in Legibus Imperii;

vid. Reichstags-Verordnung wegen der Rechte der weltlichen Fürſten von a. 1232. in Collect. nova

Receſſuum. T. I. p. 18. apud SCHMAUSS quoque in Corp. Juris publ. & SENCKENBERG Corp. J. feud. p. m. 555.

„ Unusquisque Principum libertatibus, *jurisdictioni-*
„ *bus*, comitatibus ſive centis ſive liberis, ſive in-
„ feodatis utatur quiete, ſecundum terræ ſuæ conſue-
„ tudinem adprobatam. „

at quoad ſummam & complexum jurium territorialium ſancita denuo in *J. P. W.* Art. VIII. §. 1. Inſtr. Osn. verbis:

„ omnes & ſinguli Electores, Principes & Status Im-
„ perii Romani in antiquis ſuis juribus, prærogativis,
„ libertate, privilegiis, libero juris territorialis tam
„ in eccleſiaſticis quam politicis exercitio, ditio-
„ nibus, regalibus, horumque omnium poſſeſſione - -
„ ita ſtabiliti firmatique ſunto, ut à nullo unquam
„ ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel
„ debeant. „

Dubium non eſt, quin Status Imperii, qua Imperator in Imperio pollet poteſtate judiciaria, eadem valeant in territoriis ſuis ſcilicet analogice, ſuo quisque modo. Spondet hinc Imperator in Capit. Art. 1. §. 8.

„ weder den Reichs-Gerichten noch ſonſten jemand --
„ zu geſtatten, daß denen Ständen in ihren Territoriis
„ in Religions-Politiſchen und Juſtiz-Sachen ſub
„ quocunque prætextu wider den Friedensſchluß oder
„ aufgerichtete rechtmäßige und verbindliche Pacta vor-
„ oder eingegriffen werde. „

## §. 6.

*Reſtrictâ quidem, & poteſtati judiciariæ Imperatoris ſuo modo ſubordinatâ.*

Quemadmodum vero ipſius Auguſtiſſimi Poteſtas judiciaria ſumma, pro forma Imperii noſtri plane peculiari, monarchicâ quidem, at reſtrictâ, haud abſolutiſſima dici poteſt, cum ob arctiorem ejusdem Poteſtatis judiciariæ nexum cum Poteſtate legislatoriâ, cujus omnino par-

participes ſunt Status Imperii vi J. P. W. Osnabr. Art. VIII. §. 2., quoad formam, Viſitationem & emendationem Cameræ Imperii, & Proceſſus judiciarii, immo quoad ipſam viſitationem Conſilii imperialis aulici & emendationem Ordinationis ejusdem per Capit. noviſſ. art. XXIV. §. 5. 6. multifariam Imperator conſilia Statuum conſociare debeat in Comitiis cum ſuis, inprimis in cauſis fractæ Pacis publicæ, quando de Proſcriptione cujusdam Status agitur: vi Capit. noviſſ. Art. XVI. §. 17. & 18., porro in Cauſis Recurſuum ad Comitia arg. J. P. W. Osn. Art. V. §. 55. & 56. aliisque, quas vocant, comitialibus.

Ita multo minus Poteſtas judiciaria Statuum in ſuis Territoriis omni ex parte abſoluta dici poteſt, ſed eſt ſubordinata judiciariæ Poteſtati cæſareæ, eo usque, ut vel ipſi Electores, & qui forte pari Privilegio haud limitato de non adpellando præditi ſunt Principes, quum de protracta vel denegata in Territoriis ſuis Juſtitia querela Imperatori delata fuerit, cauſam ſuam coram ſupremis Imperii Tribunalibus exponere teneantur, quæ poſtea Literas promotoriales, Mandataque de adminiſtranda Juſtitia decernunt, ipſa cauſa principali eodem devoluta, quando gravamina haud forent ſublata.

*A. B.* T. XI. §. 4. 5. *Ord. Cam.* P. 2. t. 1. §. 2. *Rec. Imp.* de 1512. §. 13.

Valent hæc potiori jure in ceteros Principes & Status Imperii, quibus libera Jurisdictio absque appellatione haud æque conceſſa fuit, & à quorum Judiciis ordinarie fit appellatio, gradatim, ad ſumma Imperii Tribunalia, quam primum ſumma litis vel ipſa cauſa appellationi locum relinquit.

Quin immo in ipſis controverſiis Statuum ab Auſtrægis deciſis, ſi ſumma litis fert, ad eadem ſuprema Tribunalia adpellari, ut ne beneficio, quod vocant Inſtantiarum, quis prohibeatur, conſtat ex

*Ordin. Camer.* P. 2. t. 2. & 6.

## §. 7.

*Cum vel ipſa Poteſtas judiciaria cæſarea per Leges Imperii ſuo modo reſtricta ſit.*

At quum dico Poteſtatem judiciariam cæſaream ſuis limitibus eſſe circumſcriptam, tantum abeſt, ut auſim derogare auctoritati Auguſtiſſimi judiciariæ, ut per id tantum ſignificare velim modum, quo eandem exerceat in Imperio.

Neminem enim fugit, quod non penes Imperatorem ſit arbitrium, quo modo & per quos eandem velit explicare Poteſtatem judiciariam, cum Leges Imperii & Formam Judiciorum & Proceſſum judiciarium clare definiant, & Imperator ipſe in Capitulatione Art. XVI. §. 6. ſe obſtringat,

„ über die bereits aufgerichtete und verbeßerte oder noch
„ aufzurichtende und zu verbeßernde Cammer-Gerichts,
„ Reichshofraths und Executions-Ordnung feſt zu
„ halten. „

Quo & collineant Literæ Electorum Saxoniæ & Brandenburgici d. 12. Mart. 1623. datæ ad Imperatorem Ferdinandum II. occaſione tranſlatæ Dignitatis electoralis palatinæ in Domum bavaricam, verbis:

„ Und wird Ew. Kayſerl. Majeſtät zuſtändige Jurisdi-
„ ction ganz und gar in keinen Zweifel gezogen, ſon-
„ dern vielmehr geſtanden, wann nur der modus pro-
„ cedendi dergeſtalt vor die Hand genommen wird, wie
„ es die fundamental-Geſeze und Reichs-Ordnungen
„ erfordern. „

in *Comment.* KVLPISII ad Severinum de Monzambano. p. m. 114.

At de hoc pluribus dicam infra, quum prius de Judiciis Germaniæ & antiquioribus & recentioribus paucula quædam præmiſerim.

## §. 8.

*Quænam olim facies rei judiciariæ in Imperio.*

Sub Francorum jam Regibus cauſæ graviores Procerum Imperii aliæque, præjudicium Reipublicæ involventes,

tes, coram ipſo Rege in Comitiis tractatæ deciſæque fuerunt.

Conring de Judiciis Germ. Reipubl. §. 23. 24. 48.
Bocris de natura Judiciorum Germaniæ. §. 2.
Ludewig Reliquiæ MSC. T. 7. p. 388.

Quum contra minoris momenti cauſæ cognitioni Regis in aula ſua, vel Judicis palatini, (Hofrichters) quem quotidie in aula Regis litibus vacare oportebat, relictæ, & quæ in Pagis objiciebantur lites, Comitum deciſioni commiſſæ fuerint.

Ita conſtat, Imperatorem Ottonem M. in Comitiis Cinnæ anno 954. habitis, ipſum ſuum filium Ludolfum criminis accuſaſſe ſeditionis coram Statibus.

Wittichindi Annales Lib. I. p. 655.

Notum eſt quoque Judicium, quod Otto III. cum Proceribus Imperii habuit in Abbatem St. Galli, cujus mentionem facit

Burckard in Libro de Caſibus Monaſterii St. Galli. C. 3. apud Goldaſt. rer. Alem. T. I. P. I. p. 64.

quo & referri poſſunt narrata

Ditmari in Chron. Merſeb. L. 2. ed. Leibniz. p. 356. 423. Autoris Vitæ Meinwerci n. 93. ed. Leibn. p. 547. 557. Lamberti Schafnab. in rebus geſtis German. apud Piſtorium p. 179. & Pfeffinger in Vitriario illuſtrato. L. 2. t. 2. p. 171. ſqq. & L. 3. p. 333. ſqq.

## §. 9.

Ortum illinc duxit Jus, quod vocant, Principum, Fürſten-Recht, quod ſcilicet in Principes haud dari poterat judicium in cauſis, quæ eorum Terras, Regalia, Feuda, Exiſtimationem &c. concernebant, niſi coram Imperatore ac Rei æqualibus, ex regula tum in vulgus nota, neminem ab Impari eſſe judicandum. *Reſpectu Principum, unde Fürſtenrecht.*

vid. Senckenberg Præf. ad tract. Anonymi de prætenſo peculiari Principum judicio ab ipſo editum.



Sunt'

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0023-2

Sunt, qui ſibi perſuadent, perpetuum ejusmodi Judicium Principum fuiſſe, ſed hoc non evincent ex Hiſtoriarum monumentis. Quæ enim huc referunt verba ex Londorfii Actis publicis. p. 33. ſeqq. clare quidem demonſtrant hoc Jus Principum, at ne verbulo quidem loquuntur de ejusmodi judicio Principum uno eodemque perpetuo.

Allegant ſcilicet primo Mandatum, quo Henricus Dux Bavariæ 1418. ſuos inſtruxit Legatos hisce verbis:

„ Es ſeye eine Gerechtigkeit, auch mit löblicher Gewohnheit in dem heiligen römiſchen Reich herkommen, daß wer mit Fürſten zu ſchicken habe, und ſie vor Ihre Kayſerliche Majeſtät rechtfertigen wolle, nehmlich in Sachen, die ihr Land, Leut, Fürſtenthum und königliche Lehenſchaft, oder das ihr Leib und Ehre antreffend ſeye, daß dieſelbe Fürſten durch keine andere Perſonen, dann durch ihre Genoßen zu Rath gefordert, geladen, und zu Ihrer Majeſtät königlichen Ladung verkündiget werden ſollen ꝛc. „ Londorp l. c. p. 37.

deinde effatum Alberti Marchionis Brandenburgici de 1461.

„ Auch weiß männiglich, daß Grafen, Herrn, Ritter, Knecht und Städte, die mit Churfürſten und Fürſten in ſeinem Herzog Ludwigs Recht vermengt ſeyn, und was ſein Ehr und Regalien berühret, nicht zu ſprechen haben. Londorp p. 34. l. c.

& literas ejusdem, verbis:

„ Nun mag niemand über ſeine Würde erkennen, dann ſein Genoß. Er beuthet aber, derſelben Sachen „ (mit Herzog Ludwig von Bayern) „ halber Recht auf Grafen, Herrn, Ritter und Knecht, und auf des heil. römiſchen Reichs Städte, und häuffet die in Recht, bat zuſammen, zu des h. Reichs Churfürſten und Fürſten, deshalben das Recht gebot nach der Sachen Gelegenheit, unbeſtändig iſt. „ Londorp l. ſ. c. p. 34.

Hoc

Hoc quidem mihi perſuaſiſſimum eſt, quod refellant hæc allegata eo clarius eorum ſententiam, qui Principes ſive Pares neceſſario adhibitos fuiſſe cognitioni ejusmodi controverſiarum ex hac ſolum ratione negant, quia Scriptores medii ævi non niſi de Judiciis cæſareis loquantur, quaſi vero ſub nomine Judicii cæſarei haud comprehendi poſſint Principes. Nonne Comitia Norimbergæ anno 1466. habita in actis publicis æque Comitia cæſarea & Judicium provinciale Pacis a Statibus conſtituendum in ipſo receſſu Imperii de a. 1467. Judicium cæſareum dici meminimus?

Ueber die Frage, ob die Stände vor Errichtung des Cammergerichts Antheil an der teutſchen Gerichtbarkeit gehabt? (Auctore Falcke) 8. 1769. p. 28.

Tantum quidem de Jure Principum eminentiori, in cujus vicem ſucceſſerunt poſtea Auſtregæ, modo conventionales, modo privilegiati, modo vero legales

*Ord. Camer.* P. 2. t. 2. *J. P. W. Osn.* Art. V. §. 56.

quorum priorum, conventionalium, originem alii jam à Carolingis, alii vero & potiori jure, uti mihi quidem videtur, à tempore juris manuarii, derivant.

conf. Exercitatio Viri & ſimul fautoris mei ſummi DE SELCHOW de reliquiis juris manuarii in Electis Juris germanici p. 315.

## §. 10.

Pergo ad Judicium iſtud aulicum, quod inſtituiſſe videtur Imperator Fridericus II. a. 1235. in Comitiis Moguntinis, ab Imperatore Rudolpho poſtea a. 1281. confirmatum, vid. Conſtit. in Collect. nova Receſſuum P. I. p. 25. hisce verbis: *Reſpectu cæterorum.*

„Wir ſezen, daß des Reichs Hoff habe einen Hoffrichter, der ein freyer Man ſey, der ſol an dem Amt zum mindeſten ein Jahr belieben, ob er ſich recht und wol behaltet; der ſol alle Tage zu Gericht ſizen, on den ſuntag und on die großen Feyertag, und ſol auch allen

„lewten

„ lewten richten, die inn clagent, vnd allen lewten, on
„ Fürſten und ander Hochlewt, wo es get an iren leib,
„ an Recht oder an ir ere, oder an ander Sach, das
„ wollen wir ſelb richten. „
conf. quoque Bocris l. ſ. c. p. 18.
Lehmann Speyeriſche Chronick. L. V. c. 8.

Dijudicabat hoc Judicium lites omnes, Principum oder ander Hochleuthe, jura allegata non concernentes.

Blvm de Judic. Curiæ Imper. Germ. Ff. 1745. de Senckenberg de Judicio Cameræ hodierno. Vindobonæ. 1764. §. 6. Ill. de Olenschlagers Erl. der gold. Bulle. p. 147.

Aderant quidem & huic Judicio aulico Principes forte in aula Cæſaris præſentes, at una aderant milites & miniſteriales, uti videre eſt apud

Hergott. Geneal. Habsb. P. 2. p. 742.

in ſententia Judicis aulici Ladislai Ducis de Teſchen de a. 1382. verbis:

„ Da bath uns Graf Rudolph von Habsburch zu fra-
„ gen einer Urthel in Gegenwaertigkeit des Hochgebor-
„ nen Fürſten und Herrn Wenzeslaus, Herzogen zu
„ Sachſen, des römiſchen Reichs Obriſten = Marſchall
„ und Cunrad Crayers und viel anderer Herrn und Rit-
„ tere, die bey uns an dem Recht ſizen. „

conf. Perill. B. de Harppr. StaatsArchiv ꝛc. P. I. p. 140.

ubi in ſententia Imperatoris Friderici III. in cauſa Muracheri contra Magiſtratum Nördlingenſem a. 1448. lata, ſinguli nominantur, qui adfuerant Imperatori Epiſcopi, Principes, Comites, Dynaſtæ, Miniſteriales & Jurium Doctores. Sententia his verbis incipit:

„ Als wir allhier (zu Wien) in unſerm königlichen
„ Saal mit unſern hienach benannten Fürſten, Gra-
„ fen, Edlen, Gelehrten und Getreuen zu Gericht ge-
„ ſeſſen. „

§. 11.

## §. II.

Hæc, quæcunque ſint, ſatis demonſtrant, cauſas Principum und anderer Hochleute Judicio cæſareo aulico in caſibus ſæpe allegatis nunquam ſubjectas, ſed alicui proprio Judicio fuiſſe reſervatas, de cujus quidem forma Doctores diſputant, cum alii idem in Comitiis, alii ut Perill. B. de Harppr. Staats-Archiv P. I. p. 53. in proprio Principum Judicio, quod Imperatori adſtiterit in cauſis ſibi reſervatis, aliisque majoris momenti, alii alibi inveniſſe ſibi perſuadeant, alii ut Falcke in laudato tractatu p. 85. nomen ipſi dent Conſilii intimi cæſarei.

*Ubinam deciſæ cauſæ Principum majores fuerint?*

Mihi pro ratione inſtituti mei ſufficit probaſſe, Milites & Miniſteriales ad idem illuſtre Judicium Imperatoris & Principum neutiquam admiſſos, quin ab illo Judicio aulico adpellationem ſalvam fuiſſe ad Imperatorem, qui una cum Principibus, quos præſentes tempore litis forte in Curia ſua ſibi adjunxit, in ſupremo hoc Tribunali jus dixit.

teſte de Senckenberg in Meditat. de ſigillis Judicum Cameralium Imperii. p. 370. hisce verbis:

„ Ubi in cauſis Reſtitutionis aut Supplicationis ad Im-
„ peratorem Recurſus habebatur, itidem is una cum
„ Principibus jure terminabat. Cognoſcebat enim hoc
„ caſu Imperator cum Principibus ſuis de omnibus iis,
„ quæ Judex aulicus ordinaverat, & pro re nata aut
„ confirmabat aut reformabat ad ſe devoluta. „

& Conring de Judiciis Reip. Germ. §. 48.

„ Videtur in cauſis Principum laicorum aliquid man-
„ ſiſſe per omnia ſecula usque ad inſtitutam Cameram
„ Spirenſem priſtini moris. -- Manſit ſcilicet illud,
„ quod ejusmodi controverſiæ nunquam fuerint per-
„ miſſæ unius Regis judicio, ſed ſemper earum dijudi-
„ candarum Poteſtas fuerit penes Ordines. „

Adde literas Imperatoris Friderici III. a. 1448. ad Hen-

ricum Ducem Bavariæ datas, apud Bocris l. ſ. c. p. 20. verbis:

„ ſo iſt doch unſer Meynung nit geweſen, und auch noch „ unſer Meynung nicht, daſſ ſolch Recht in unſern Cam= „ mer=Gericht, „ (quod idem cum Judicio aulico allegato fuiſſe, teſtatur cum aliis Datt de Pace publica L. IV. 1., 18. ſq. Harppr. l. ſ. c. p. 51. ſqq.) „ das wir „ mit niedern Perſonen, dann Fürſten und um Sachen „ die unſerer und des Reichs=Fürſten Leib und Lehen „ nicht berühren, beſeſſen, zwiſchen euer Liebden ſoll „ oder ſollte aufgetragen werden, ſondern allein vor „ unſer Majeſtät und unſerer und des Reichs Für= „ ſten, die wir zu uns ſezen werden. „

Si hæc omnia & inprimis ultima verba in unum colliges, inde puto ſatis elucere, quæ jam olim fuerit ſumma Auctoritas Imperatorum in jure dicundo, quum vel in ipſis cauſis Principum pro arbitrio Principes adſciverit ſibi ſocios Judicii iſtius ſummi.

## §. 12.

*Quæ præſens facies ſit Poteſtatis Imperatoris judiciariæ?*

Quod vero ad recentiorem rem judiciariam in Imperio ſpectat, conſtat inter nos omnes, plurima inde à temporibus Imperatoris Maximiliani I. de antiquioribus Judiciis immutata fuiſſe.

Etenim quum per funeſtum iſtud Jus manuarium, inde ab Interregno per univerſam Germaniam diu ſerpens, omnis Legum obſervantia repulſa, omne Jus everſum eſſet, plures quidem Conſtitutiones ad medendum ei malo ſubinde latæ fuerunt, ſed absque effectu ſperato.

Perſæpe enim accidit, ut in Aula Imperatoris nulli adfuerint Principes, qui dirimendis litibus objectis vacare potuiſſent, bello iſto civili vel ipſi diſtricti. Cui accedit, quod per accitas in Germaniam Leges alienas, ſcilicet Jus Romanum, Longobardicum ac Canonicum, cum cumulo Legum ſimul in immenſum creverit numerus litium,

ita ut & Imperator & Status Imperii, quippe Legum & Conſuetudinum patriarum magis, quam novæ ejusmodi Jurisprudentiæ periti, probe agnoverint, absque ſummo quodam Tribunali perpetuo, accitis ſimul in hoc Tribunal Juris Doctoribus, finem nunquam obtentum iri. Propoſitum inde fuit á Statibus in Comitiis Norimbergenſibus a. 1467. ejusmodi Judicium Imperii ſummum, cui præprimis cognitio cauſarum fractæ Pacis publicæ demandaretur.

videatur das Gutachten der Chur- und Fürſten in der neuen Sammlung der Reichs-Abſchiede. P. I. p. 216. & DATT de pace publica. L. IV. C. I. n. 33. 39.

§. 13.

Quod vero Imperator Fridericus III. utpote ſecundum Campanum in LEHMANNI Chronico Spirenſi L. 7. C. 95. p. 834. „ dubii & latebroſi conſilii vir, nil ad commu-„ nem, omnia ad ſuam referens utilitatem, „ per totum ſuum Regimen conficere haud potuit, id perfecit brevi temporis ſpatio a. 1495. filius ipſius Imperator Maximilianus I., qui cum idem conſilium de ſtabiliendo quodam ſummo Tribunali in Comitiis Wormatienſibus ad Status retuliſſet, iisdem ſuffragantibus, effecit, ut eodem adhuc anno, reſtaurata Pace publica, ſtabilitum fuerit illuſtre Judicium Cameræ Imperialis, atque una ſolemniter apertum. *Stabilito Cameræ Imper. Judicio.*

Perill. de SENCKENBERG de Judicio Cameræ hodierno &c. Obſervat. variæ. Vindob. 1764. 8. *Ejusdem* ſelecta Capita de Hiſtoria & Jurisdictione Judicii cameralis. Giſſæ 1743. Ill. GODOFR. DAN. HOFFMANN Diſſert. de nummo Maximiliani I. camerali. Tubingæ. 1754. 4. Perill. Joh. Heinr. von Harppr. Staats-Archiv des Kayſerl. und Reichs-Cammergerichts.

Ægre quidem initio tuliſſe videtur Imperator, Judicium hoc in loco deſignato ac ab Aula cæſarea ſeparato haberi, at conſenſit tamen vel tandem.

## §. 14.

*Stabilito poſtea quoque Conſilio Imperiali aulico.*

Quemadmodum vero neque ad hoc ſummum Tribunal omnes lites eo pertinentes deferebantur, cum permulti ad Curiam imperialem adhuc recurrerent, ut hinc ipſe Imperator de hoc quereretur in Comitiis Trevirenſibus a. 1512. verbis: „Nachdem täglich der Partheyen Hän„del und Sachen aus dem Reich an unſern kayſerlichen „Hof wachſen.„ Neue Sammlung der Reichs-Abſchiede. P. II. p. 148. LONDORP Acta publica. T. I. p. 20. quum & inprimis cauſæ feudales majores, quippe á Judicio Cameræ per ipſam Ordin. Camer. P. 2. t. 7. exemtæ, eodem perferrerentur, decidendæ à Paribus Curiæ; convenit Imperatori cum Statibus eodem anno, vi

Nebenabſchieds §. 5. in alleg. Collect. Receſſ. P. 2. p. 147.

ut octo Conſiliarii, quorum quatuor ab Electoribus quatuor vero à reliquis Statibus deſignarentur, Imperatori à latere forent, adjutores in dirimendis litibus.

At brevi poſt, anno quippe 1518. inſtituit idem Imperator Maximilianus I. Judicium aliud perpetuum ſub nomine eines beſtändigen Hofraths, cui non ſolum deciſio cauſarum Auſtriacarum, ſed etiam ipſius Imperii conceſſa fuerat.

Landhandveſt des löbl. Herzogthumbs Steyr de 1583. p. 53. in des Herrn von Selchow Geſchichte der in Teutſchland geltenden Rechte. p. 223.

Segregavit poſtea a. 1559. Imperator Ferdinandus I. cauſas auſtriacas, aliudque formavit Conſilium aulicum, cui nonniſi rerum Imperii deciſio conceſſa fuit, dictum exinde Conſilium Imperii aulicum.

Johann Heinrich Herrmanns Beſtimmung des wahren Urſprungs des kayſerlichen Reichs-Hof-Raths. Leipzig. 1760.

Graviter quidem initio contradixerant Status huic Judicio aulico, quod nomen & cauſas Imperii absque ipſorum

rum conſenſu & participatione ſibi arrogaverit, & adhuc in Tractatibus Pacis Weſtphalicæ de eodem Judicio deliberabatur.

vide *Acta* ejus Pacis *Meyeriana* T. 3. & inprimis Votum Legati *Lüneburgici*, p. 261. hisce verbis:
„ Es ſeye der erſten Ordination und Inſtitution des kayſerlichen Hof-Gerichts zuwider, daß daſelbſt auch
„ Reichs-Sachen cognoſcirt werden. „

Attamen conſenſere tandem in concurrentem ejusdem Judicii Jurisdictionem cum Judicio Cameræ Imperialis, eo pacto, ut quoad Proceſſum judiciarium Ordinatio cameralis in Judicio quoque iſto aulico per omnia ſervaretur.

*Inſtr. Pacis Weſtph. Osnabr.* Art. V. §. 54. & *Capit. noviſs.* Art. XXIV. §. 6. 7. 8.

## §. 15.

*Utrumque Tribunal Imperii pari Auctoritate conſpicuum eſt.*

Sunt igitur hæc duo hodierna in Imperio noſtro ſuprema Tribunalia, per quæ Imperator AVGVSTISSIMVS explicat Poteſtatem ſummam judiciariam in toto Imperio.

Ill. TAFINGER de ſuprema in Imp. rom. Germ. Jurisdictione.

*Capit. noviſs.* Art. XVI. §. 3. verbis: „ Wir ſollen und
„ wollen kein altes Reichs-Gericht verändern, noch
„ ein neues aufrichten, es wäre dann, daß wir mit Chur-
„ fürſten und Ständen auf einem allgemeinen Reichs-
„ tag gut befunden. „

Utrumque Tribunal pari præpollet dignitate & auctoritate in decidendis litibus objectis, niſi forte ab uno vel altero lis per Præventionem fuerit occupata, exceptis ſimul rebus italicis, feudalibus, & criminalibus Immediatorum, rebusque gratiæ, vel ſi de Interpretatione Privilegiorum cæſareorum dubia quæſtio foret, quippe quæ cognitioni Conſilii aulici Imperialis ſolummodo conceſſa ſunt.

TAFINGER l. c. §. 13.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0031-6

Quod vero de rebus feudalibus cognitioni Conſilii Imp. aulici privative reſervatis dixi, intellectum velim ſolummodo de caſu in Ord. Camerali de 1555. P. II. t. 7. diſerte determinato, cum ſcilicet de privatione feudi cujusdam Imperii immediati decertatur, „ Fürſtenthümer, „ Graffſchafften ꝛc. ꝛc. ſo einen Theil gänzlich und endlich „ abgeſprochen werden ſollen „ Conf. huc monita & vota Electoralia ad Art. XVI. §. 7. cum literis collegialibus Electorum, in Moſers Capitul. Car. VII. P. III. p. 174. & P. I. Anhang p. 7.

## §. 16.

*Nomine Imperatoris ſuam exercens auctoritatem judiciariam.*

In quantum dehinc Imperator AVGVSTISSIMVS Poteſtatem judiciariam ſummam nonniſi per eadem ſuprema Tribunalia exercere poteſt, quibus omnia ad normam Legum Imperii dirigere neceſſe eſt, & quæ ſimul multifariam reſpectum ſuum habent ad Status Imperii, in tantum & Poteſtas hæc dici poteſt ſuis limitibus circumſcripta.

vid. Ill. J. J. Moſers Tractat von den kayſerl. Regierungs-Rechten und Pflichten. 1772. 4. in ſpecie C. VII. per totum.

Attamen quod in Imperatore reſideat principaliter hæc pars majeſtatica Imperii exinde quoque elucere puto, cum utrumque Tribunal nomine Imperatoris jus dicat, hic ſolus deſignet & Præſidem Cameræ, Cammer-Richter & integrum Conſilium imperiale aulicum, excepto Vicecancellario, ac ſimul in cauſis graviſſimis coram Conſilio aulico agitatis, relatione (Voto) ab eodem Conſilio ad Cæſarem facta, nonniſi cum Præſide & Vicecancellario, accitis Re- & Correferentibus deliberet atque jus dicat.

Quin in iisdem, quæ circa rem judiciariam reſervata ſunt Statibus Imperii, in Comitiis deliberanda, coruſcat auctoritas Imperatoris, cum Placita Statuum Reichs-Gutachten careant prope effectu ſuo, quamdiu AVGVSTISSIMVS eadem non habuerit rata.

# Sectio II.
## DE POTESTATE IMPERATORIS SVPPLETORIA.

§. 1.

Hæc mihi prædicenda viſa ſunt, partim hiſtorica partim & thetica de Poteſtate Imperatoris ſuprema judiciaria. Perſequar jam filum argumenti mei, recenſurus, quam neceſſario cum Poteſtate iſta Imperatoris connexa ſit Poteſtas ſuppletoria, ut vocant, ſive Facultas ſupplendi id, ſine quo alterius jus perfectum everti vel quocunque modo irritum reddi poſſet, & quod quis inique omittit vel denegat. *Poteſtas ſuppletoria*

§. 2.

Quum per antea dicta Imperator ſummus Judex & Cuſtos ſit Juſtitiæ in Imperio Romano-Germanico, atque in Capitulationis Articulo XVI. §. 1. fidem ſuam obſtringat, ſe omnem operam daturum, ut per totum Imperium conſervetur Pax & Securitas omnium, ac ut ſuum cuique tribuatur, nemini dubium erit, quin ſecundum Axioma iſtud: qui jus habet ad finem, etiam ad media habeat neceſſe eſt, ſine quibus finis obtineri nequit, Imperatori, vel quæ ipſius nomine ſupremam Poteſtatem judiciariam in Imperio explicant, ſummis Tribunalibus plena ſimul copia data ſit, eo proſpiciendi efficaciter, ut non ſolum nemo alterum lædat, derogando directo juribus ipſius, ſed etiam ne quis omittendo, quæ ſunt facienda, vel denegando, quæ ſunt præſtanda, aut non conſentiendo in id, in quo ipſum conſentire oporteret, alteri per indirectum injuriam faciat, aut cum alterius damno locupletior fiat, adeoque ſua auctoritate ſupplendi, quod in omni re objecta jus faſque eſt. *competit omnino Imperatori Auguſtiſſimo.*

§. 3.

Cum hæc ſint de natura rei, de qua omnes conſentiunt, non arbitror exſpectari à me alia fundamenta hujus theſeos *Ut pars individua ſuæ Poteſtatis judiciariæ.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0033-7

ſeos meæ, ſcil. quod Auguſtiſſimo Imperatori ſummisque in Imp. tribunalibus in omnibus cauſis eo pertinentibus vel devolutis competat eadem Poteſtas ſupplendi, ceu pars individua poteſtatis judiciariæ ſummæ. Neque in eo commorabor, quod jam alii plures tradiderunt, de Clauſula nempe iſta ſalutari atque in genere de officio Judicis ſuppletorio ex l. un. C. ut quæ deſunt Advocatis Partium, Judex ſuppleat.

Zavnschliffer de officio Judicis ſuppletorio in Opp. juridicis. Francof. ad Mœnum a. 1698. in 4. editis Diſs. I.

Stryck de Clauſula ſalutari Libellorum Cap. 2. 3. in Operibus. Tomo XII. Diſs. II.

nec niſi remiſſive de patrio conſenſu denegato ex injuſta cauſa ad nuptias filii dicam, quem à Judice rerum matrimonialium ſupplendum eſſe, omnibus patet,

argumento *l. 5. ff.* ad l. Pomp. de parricidiis & *l. 19. ff.* de ritu Nuptiarum. Würtemb. Ehegerichts-Ordnung. P. 2. Cap. 6. §. 6. Boehmer J. E. P. L. 4. t. 2. §. 18. Brvnnem. J. E. L. 2. C. 15. §. 5.

Dicam ſolum, quæ ſit Juris hujus obſervantia ſummorum in Imperio Tribunalium, commonſtrans eandem pluribus ipſorum præjudiciis, quid enim opus eſt verbis, ubi ejusmodi teſtimonia rerum adſunt?

## §. 4.

*Competit Imperatori circa Materialia & Formalia cauſæ objectæ.*

Neminem fugit, Facultatem iſtam ſupplendi modo circa Formalia, modo circa Materialia cauſæ objectæ ſeſe exſerere poſſe.

Competit Avgvstissimo utraque Facultas ſupplendi circa Formalia æque ac Materialia cauſæ objectæ, ne quis injuriam patiatur.

Pollet inde Facultate ſupplendi circa Formalia, ſi quæ deſint Pactis Statutisque Familiarum, aliisque Pactis ſucceſſoriis eorum, qui immediatæ ſuæ Jurisdictioni ſubſunt.

vide Ill. Pütteri Jus priv. Principum. §. 20. nota f. ubi: „ ſci-

„ ſcilicet ut ex Plenitudine Poteſtatis ſuppleatur, ſi „ quid jure communi invalidum fuerit. „
Immo conſtat, quod ad eorundem vigorem vimque majorem inde à commixtis cum Legibus patriis principiis Juris Romani, Pacta ſucceſſoria prohibentis, à Seculis inde XIV. & XV. Confirmationem cæſaream omnino requirant Doctores Juris publici ac per univerſum fere obtinens obſervantia.

PÜTTER c. l. IDEM Ungrund der Regredient-Erbſchafft §. 130. in den auserleſenen Rechtsfällen II. Band, I. Theil, 183. Deduction, p. 47. GAIL Lib. 2. Obſ. 127. *Electa Juris publici* Tomo 2. p. 10. ſqq. REINHARTH ad Chriſtinæum Vol. 6. Obſ. 20. p. 49. ſqq. STRYCK de Succeſſ. ab Inteſtato. Diſſ. 8. C. 7. §. 18. ſqq. J. H. BOEHMER Conſultat. T. I. P. 2. reſp. 46. n. 14-38. p. 221. ſqq. JOACH. ERDMANN SCHMIDT de Confirmationibus Diviſionum illuſtrium partim neceſſaria, partim proficua. Jenæ 1772.

## §. 5.

*Præjudicium illuſtre in Cauſa teſtamentaria.*

Separat quandoque AVGVSTISSIMVS momenta Pactorum Teſtamentorumque, alia confirmans, alia vero reprobans.

Exemplum ejusdem illuſtre nobis præbet Teſtamentum Marchionis Friderici V. p. m. Bada-Durlacenſis de a. 1649. Prohibuit Marchio Evangelicorum caſtra ſequutus, ne quis poſterorum ſuorum ad Religionem Romano-Catholicorum tranſiret. Confirmavit quidem poſtea Imperator AVGVSTISSIMVS hoc Teſtamentum a. 1654., at rejecta iſta clauſula prohibitoria, & recte ut mihi quidem videtur, quum per I. P. W. cum omnimoda autonomia, Gewißens-Freyheit, tranſitio ab una Religione ad alteram trium receptarum libera atque æqualitas exacta mutuaque ſtabilita fuerit inter utriusque Religionis Electores, Principes, Status omnes & ſingulos -- ita, ut quod uni Parti juſtum eſt, alteri quoque ſit juſtum.

Art. V. §. 1. & §. 34. & jam per Pacem religioſam de anno 1555. §. 23. prohibitum fuerit,

„ daß kein Stand den andern noch deſſelben Unterthanen „ zu ſeiner Religion dringen, abpracticiren ſolle. „

Neque opus fuit iſta prohibitione, cum partim Subditis ſuis jam per Annum normalem de a. 1624. abunde cautum, partim vero ſimul liberum fuerit, per Reverſales arctius vinculum addere.

J. J. Moſers Baadiſches Staats-Recht. 1772 8. p. 18.

In eodem Teſtamento præcepit porro Marchio, ne quis poſterorum auſit provocare à ſententiis Auſtregarum ad Judicia Imperii. At & hanc partem Teſtamenti reprobavit Imperator, utpote contrariam Legibus Imperii ſupra in §. 6. fine citatis, contrariam quoque Beneficio Inſtantiarum & vel ipſis ſupremis Imperii Tribunalibus.

## §. 6.

*In Cauſa Fideicommiſſorum Familiæ.*

Requiri regulariter ad alienanda, oppignoranda, dividenda, vel aere alieno oneranda Fideicommiſſa conſenſum eorum, quorum intereſt, vel quibus Jus ſuccedendi quocunque modo in ea competit, Agnatorum ſcilicet, à primo Acquirente deſcendentium, de hoc omnes conſentiunt.

J. A. Hellfeld de reſtricta illuſtrium facultate maxime quoad Allodia avita. Jenæ 1747. J. C. Dreyer de reſtricta facultate Bona hæreditaria alienandi ad Bona hæreditaria mobilia non pertinente. Kilæ 1750. A. S. Green de prohibita Bonorum allodialium Diviſione. Lipſ. 1754. Kobe de pecunia mutuatitia tuto collocanda. Cap. 5. §. 58. p. 105. ſqq. Reinharth ad Chriſtinæum. Vol. I. Obſ. 42.

cum ſuccedant ex Pacto & Providentia Majorum ipſisque competat in his bonis cum poſſeſſore Condominium licet quieſcens.

de Senckenberg primæ Lineæ Condominii pro indiviſo. Gœttingæ. 1736. J. J. Reinhart die Gemeinſchafft ein wahrer Grund der Erbfolge. 1755. fol. p. 23.

p. 23. ſqq. Fr. Car. Conradi de inæquali maſculorum & feminarum Succeſſione. §. 4. p. 25.

Dantur tamen caſus, in quibus neceſſitate vel communi utilitate ſuadente idem absque conſenſu Agnatorum fieri poteſt.

Joh. Jod. Beck de licita Majoratuum & Fideicommiſſorum Familiæ nobilium Alienatione. Altorfii. 1735. 1750.

Caſum vero, in quo Fideicommiſſum liceat alienare, ponit citata Beckii Diſſertatio in eo quoque, quando æs alienum ab ipſo Fundatore contractum, alienationem neceſſario requirit, cum Fundator Fideicommiſſi in damnum creditorum haud poſſit prohibere Alienationem Fideicommiſſi extra Familiam, neque cenſeatur prohibita neceſſaria Alienatio, quæ ex proprio facto ſuo provenit.

Beck l. alleg. §. 5. p. 17.

Recte dehinc hoc caſu ſuppleri Conſenſum Agnatorum à Judice, nemo inficias ibit.

## §. 7.

*Primum Exemplum in familia Comitum de Plettenberg.*

Accidit hic caſus noſtra memoria in Familia Comitum de Plettenberg. Poſſidebat Comes Antonius lineæ Wittemenſis inter alia noviter acquiſita quædam bona vinculo Fideicommiſſi affecta, ac inter hæc præcipue Fundum Bolzum.

Erant hæc bona gravata ære alieno, contracto ab ipſo Fundatore Fideicommiſſi, creſcente ſimul in dies ob uſuras.

Querebantur prohinc creditores apud Conſilium imperiale aulicum, & inprimis Elector Colonienſis auctor erat, non aliter conſultum iri Comiti, niſi bona fideicommiſſaria, & præprimis fundus Bolzum venderentur.

Approbans hoc conſilium Imperator a. 1766. d. 7. Mart. juſſit bona vendi, ac demandavit hujus negotii curam Electori Colonienſi & Epiſcopo Hildeſienſi, diſſentientibus licet Agnatis & Domino directo. Comiti Antonio

 de-

deſignabantur fructus ſolum pagi Nortkirchen, & quidem hoc pacto, ut quotannis ſumma 3000. talerorum imperialium parentibus ſuis inde ſolverentur.

Cum brevi poſt mortem obiret Comes Antonius, Adminiſtratio hujus quoque Fundi a. 1766. d. 27. Jul. Electori Colonienſi ea lege commiſſa fuit, ut dictam ſummam quotannis ſolvendam curaret, reliquis fructibus interea aſſervatis.

A. eodem d. 1. Dec. ſecuta eſt alia Reſolutio cæſarea prolixa hujus tenoris:

„ daß die Verkauffung von Bolzum und der übrigen
„ nicht zu dem alten Plettenbergiſchen Fideicommiß ge-
„ hörigen Güter, des von denen Agnaten beſchehenen
„ Widerſpruchs unerachtet, beharret worden: und
„ ſolle mit dem Herrn Biſchoffen von Hildesheim tra-
„ ctirt, doch das Gut, incl. des Allodii, nicht unter
„ 200000. Rthl. erlaſſen werden; die übrige Güter,
„ incl. Wittem, ſolle man auch taxiren, die Gräfin
„ Aloyſia mit 2000. Rthlr. die Gräfin von Kauniz
„ aber mit 5000. Rthlr. ausſtatten, und weil die Ver-
„ kauffung der zum neuen Fideicommiß gehörigen Gü-
„ ter zu Tilgung derer darauf von Anfang des Fideicom-
„ miß gehafteten Schulden unvermeidlich ſeye; als
„ würden kayſerliche Majeſtät bey weiterer Verweige-
„ rung des Agnatiſchen Conſenſes, denſelben reſp.
„ *ſuppliren* oder für ertheilt annehmen.

Sequebatur quidem eam a. 1767. d. 4. Aug. iterum aliud Concluſum imperiale aulicum, quod autem videre mihi nondum contigit.

J. J. Moſers Reichs Staats-Handbuch 2. Th. p. 368.

## §. 8.

*Alterum exemplum in familia Comitum de Fugger.*

Habes hic primum exemplum ſuppleti à cæſarea Majeſtate Conſenſus Agnatorum. Sed cum exempla teſtimoniorum locum obtineant, proferam & alterum caſum, qui accidit in Familia Comitum de Fugger lineæ Wöllenburgenſis.

Quum Comes regens, Senior Familiæ, Joſephus Maria magno ære alieno laboraret, convenit inter ipſum ac Agnatos a. 1741. ut bona curæ eorum traderentur, debitaque ſolverentur oppignorando alienandove bona, quod quidem conſentaneum fuit jam antiquiori Pacto Familiæ de a. 1723.

Adminiſtratores prohinc conſtituebantur Comites Marx Joſeph & Johann Jacob Seniores Familiæ; ſed cum Subſeniores ejusdem Familiæ nempe Linearum Kirchberg & Weiſſenhorn partem adminiſtrationis hujus ſibi arrogaverint, queſti ea de re apud AVGVSTISSIMVM, a. 1750. Imperator deſignavit Commiſſarios Epiſcopum Auguſtanum, Conſervatorem Pactorum Familiæ Fuggerianæ diu conſtiturum, una cum Præpoſito Capituli cathedralis Auguſtani Domino de Dollberg, eo quidem fine, ut ante omnia tentaretur compoſitio amicabilis, & ſi hæc fruſtranea foret, ut auditis Partibus additoque voto ſuo de ſtatu Cauſæ referrent ad AVGVSTISSIMVM; qui poſtea a. 1752. reſcripſit Commiſſariis, ut ſummam curam Adminiſtrationis haberent, & cum inſtaret venditio Ditionis Wöllenburg, Creditores aliosve ad eandem venditionem æque ac Dynaſtiæ Waſſerburg citarent, addita comminatione, ſi quæ querelæ de noviter contractis debitis ſub eorum adminiſtratione orirentur, executionem ſe ipſorum impenſis decreturum.

Eodem anno die 3. Novemb. porro reſcribebatur Commiſſariis cæſareis, ut venditionem bonorum diu decretam, inprimis caſtri Leitershofen, quantocyus curarent, Comitis obærati propoſitionem de ſolvendis debitis probe ponderarent, deſuperque ad AVGVSTISSIMVM referrent.

Interea ſe interpoſuerunt quatuor Scamna Comitum Imperii a. 1753., & impetrarunt quidem ab AVGVSTISSIMO, ut denuo amicabilis compoſitio tentaretur, eademque fruſtratâ Concurſus Creditorum decerneretur; at a. 1754. die 21. Jan. alia ſecuta eſt Reſolutio cæſarea ad

Relationem Conſilii imperialis aulici, quam ſuis verbis mihi adponendam viſum eſt, quum confirmandæ Theſi meæ adprime inſerviat:

„ Wird das von dem Herrn Fürſten und Abbten von „ St. Gallen über die Herrſchaft Waßerburg gegen dem „ Domprobſt zu Augsburg Freyherrn von Dollberg, als „ kayſerlichen Commiſſarium, beſchehene Kaufs-Ange- „ bot, wie ſolches kayſerlicher Majeſtät von beſagtem „ Commiſſario, vermittelſt allerunterthänigſten Be- „ richts und beygefügten Protocolli, allerunterthänigſt „ angezeigt worden, des dagegen geſchehenen Einwen- „ dens ohngeachtet, hiemit angenommen, und ertheilen „ höchſtgedacht Ihro kayſerliche Majeſtät Dero aller- „ gnädigſte kayſerliche und reſp. obriſtlehensherrliche „ Einwilligung zum voraus dahin, daß der Kauf nun- „ mehro ſonder weitern Anſtand zu Ende gebracht, und „ vollzogen werde; wie dann auch der Agnaten Con- „ ſens, im Fall und ſo weit ſolcher annoch erforderlich, „ von kayſerlicher Majeſtät allerhöchſt - obriſtrich- „ terlichen Amts wegen hiedurch ſupplirt wird. „

Quæ poſt ea ſequuta ſint, inprimis cum Elector Bavariæ majus obtulerit pretium, ac alia, nil attinet commemorare, cum mihi pro ratione Inſtituti ſufficiat probaſſe, quod & in hoc caſu Imperator interpoſuerit officium ſuum ſuppletorium. Ulteriora dabunt

J. J. Moſers Staats-Archiv. 1751. P. 7. p. 143. P. 9. p. 31. P. 11. p. 156. 1752. T. 1. p. 772. T. 2. p. 43. 419. 816. 1753. T. 1. p. 624. T. 2. p. 130. 843. 1754. T. 1. p. 67. T. 2. p. 449. 757. 1755. T. 1. p. 25. 445. T. 2. p. 175. Idem von dem neueſten Zuſtand des beſondern teutſchen Staats-Rechts. p. 191. und in deſſen Anhang p. 269. ibique *allegata Impreſſa*. Standhaffte aus lauter gerichtlichen Acten gezogene Vorſtellung des Status Cauſæ Joſeph Mariae Grafen von Fugger-Wellenburg puncto Adminiſtrationis & Fideicommiſſi der Herr-

ſchafft

ſchafft Waßerburg. 1754. fol. und Gründlich-Acten-mäßige Entkräfft- und Abfertigung des von dem Adminiſtrando Grafen Joſeph Maria Fugger zu Wellenburg ausgeſtreuten Impreſſi. 1754. folio.

Sunt hæc duo exempla ex pluribus præcipua ſuppleti Agnatorum Conſenſus ad alienanda Fideicommiſſa Familiæ.

## §. 9.

Transactionem eſſe ſpeciem Alienationis, res ipſa docet, & comprobat doctrina Juris civilis, heic commode adplicanda *In Transactionibus.*

arg. *l. 1. §. 1.* de officio Procuratoris Cæſ. *l. 1. §. 9.* ſi quid in Fraudem Patronorum &c. *l. 4. C.* de prædiis & aliis rebus minorum &c. Gail. L. 2. Obs. 72. n. 2.

Etenim per Transactionem transfertur res in alium, quod nihil aliud eſt, quam Alienatio.

Quapropter cum Transactio ſit ſpecies Alienationis, ad eandem in Bonis avitis vel fideicommiſſariis omnino requiritur conſenſus Agnatorum. At ſi hi inique ac contra commune commodum Familiæ denegarent conſenſum ſuum, ecquis dubitabit, quin penes Imperatorem arbitrium ſit, ſupplendi eundem conſenſum Agnatorum? Finis namque ejusmodi Fideicommiſſi Familiæ non alius eſt, quam ut ſplendor & commune commodum Familiæ conſervetur; Pone vero Fideicommiſſum ære alieno gravatum adeoque neceſſario alienandam eſſe partem aliquam Fideicommiſſi, ut reliquæ ejusdem partes conſerventur integræ, vel idem Fideicommiſſum gravibus litibus cum Vicinis implicatum eſſe, & prohinc Uſufructuarium metu forte adductum, ne cauſa caderet, cum majori parte Agnatorum conſtituiſſe, rem amice componere, at huic Pacto unum vel alterum Agnatum reluctari, negando conſenſum ſuum; Quidni in ejusmodi juſta cauſa deficiens conſenſus Agnatorum juſtiſſime ab Imperatore ſuppleretur?

## §. 10.

*Exemplum illuſtre in Familia Oetingenſi.*

Fuit caſus hic in Familia Principum Oetingenſium, quem heic inſerere è re mihi videtur.

Grave quippe diſſidium inter ejusdem Familiæ Lineam Wallerſteinenſem & Abbatem Neresheimenſem ordinis S. Benedicti in Suevia coortum fuit ſuper Immedietate Abbatiæ ac finibus terrarum, lisque deſerebatur jam in Anno 1738. ad Judicium Cameræ imperialis.

Expoſuit ibi Comes Oetingenſis Lineæ Wallerſteinenſis a. 1753. jura ſua ſequenti Scripto:

Species Facti, cum deductione ex Actis eorumque circumſtantiis in Sachen: Oettingen=Wallerſtein contra das Cloſter Neresheim puncto Mandati de non turbando in Poſſeſſione vel quaſi Jurisdictionis territorialis (Wezlar) 1753.

cui Abbas Neresheimenſis in alio Scripto a. 1755. tradito:

In den Rechten und Geſchichten beſtgegründete Widerlegung der Species Facti &c.

reſpondit.

Hoc mox ſecutum eſt alterum Scriptum ex parte Oetingenſium, & mox iterum aliud Auctore D. Guſtavo Georgio Kœnig à Kœnigsthal reipublicæ Noricæ Conſiliario a. 1755. ſub hoc Rubro:

Sublimis Statuum S. R. Germ. Imp. Advocatia patrimonialis & eccleſiaſtica ordinaria &c. Wezlar 1755. fol.

Cui reſpondit Dolpius Conſul Nördlingenſium ex parte Abbatis in Scripto:

Abgemüßigte Widerlegung und Beantwortung der Deduction Sublimis Statuum Advocatia patrimonialis & eccleſ. ordinaria &c. Augsburg 1759. fol.

Prodibant quidem & poſt alia Scripta, quorum vero rubra Moſer in dem neueſten Zuſtand des beſondern teutſchen Staats Recht. p. 187 - 189. tradit.

Interea pacto convenit inter utramque Partem a. 1760., ut Terra Abbatis à ſuperioritate territoriali Oetingenſium

ſium libera Imperioque immediate ſubjecta agnoſceretur, Comiti vero ab Abbate reditibus quibusdam ceſſis ſumma 40000. fl. ſolveretur, ſimul debito dudum contracto 42000. fl. remiſſo.

Contradixit huic pacto Princeps Oetingenſis qua Senior Familiæ, ad cujus querelas quoque Conſilium imperiale aulicum per Reſcriptum prohibitorium d. 10. Maji 1763. paciſcentibus injunxit, pactum ne perficerent.

Novum dehinc inierunt pactum Comes & Abbas anno 1764. d. 1. Oct. hujus tenoris: ut Comiti nuda tantum Advocatia competeret, Abbas ſub initium quodvis Regiminis Comiti aut ipſe aut per Legatos gratularetur, ſi Regentes uxorem ducerent, ut copulam curaret ſacerdotalem, recens natos Comites baptizaret, pro gravidis conjugibus Comitum preces funderet publicas, ac ſi quis moriretur ex ipſis, campanas in templis pulſandas curaret; addito quod hæc omnia ipſi non incumberent, niſi prius requiſito. Comes eodem pacto viciſſim decimas quasdam Abbati ceſſit, de cetero inter ipſos convenit, ut reliqua ad normam prioris pacti obſervarentur.

Moſers Reichs-Staats-Handbuch. T. 1. p. 461. T. 2. p. 324. ſqq.

Cramers Nebenſtunden. P. 58. p. 77. ſqq.

Ratum habuit ſimul hoc pactum Epiſcopus Auguſtanus qua Ordinarius Abbatiæ, ac arbiter & Mediator pactorum iſtorum, Comes item Oetingenſis lineæ Baldern, & Comes de Wolffegg Curator Filiorum minorennium Lineæ Wallerſtein, at vacillavit hic mox iterum, conſenſum ſuum ſuſpendens. In totum vero contradixit huic pacto Princeps Oetingenſis regens cum Fratre ſuo.

Enim vero non ſolum inclytum Judicium Cameræ confirmavit eandem Tranſactionem, ſalvis quidem juribus cæſareis feudalibus, ac ſalvo jure cujuscunque a. 1764. d. 28. Nov. Sed & ipſe Imperator a. 1765. d. 27. Jul. ad Relationem Conſilii aulici de feudalibus juribus ac diſ-

 ſenſu

ſenſu Agnatorum decrevit: contradictiones Principis Oetingenſis & reliquorum Agnatorum heic locum non habere, ſeque conſenſum eorum, quoad is requiratur, ex officio ſuppleturum ac pactum confirmaturum fore.

Injungebatur ſimul Comiti, ut reditibus ab Abbate ipſi conceſſis in meliorationem Feudi Imperii frueretur, 40000. fl. ceteraque per hoc pactum acquiſita ad commodum Familiæ Oetingenſis & ad acquirendum immobilia, Uſufructu lineæ ſuæ reſervato, converteret, & quomodo hæc facta forent, intra annum renunciaret.

Contra Abbati mandabatur, ut competens ipſi per hanc Transactionem Bannum Sanguinis, utpote regale, in Feudum ſeculare ab Imperatore intra annum acciperet, debitaque exinde ſervitia ac fidelitatem præſtaret.

Moſers Reichs-Staats-Handbuch l. c. T. 2. p. 324.

Interpoſuit quidem Princeps regens contra hanc confirmationem pactumque ipſum remedium Reviſionis, quod ipſi quoque a. 1766. d. 8. Apr. conceſſum fuit eo usque, ut Abbati & Conventui Neresheimenſi ſimul injunctum fuerit, ne quid ex parte ipſorum innovaretur absque cautione de reſtituendo in caſum Succumbentiæ præſtita, utque effectus Transactionis interea ſuſpenderentur.

At non multo poſt, a. quippe ejusdem die 16. Jun. deſeruit Princeps & hoc remedium pacto inſuper inito. Quo facto Abbas die inſequenti miſit Legatum ad Conventum Circuli Suevici petens, ut agnoſceretur Membrum ejusdem Circuli, utpote Imperio immediate nunc ſubjectus, cum Immedietatem ſuam agnoverint Princeps & Comites Oetingenſes, ac, conſenſu contradicentium ſuppleto, eandem confirmaverit Augustissimus, & mox quoque Voti ſui omni modo compos factus fuit in Circulo æque ac in Comitiis quippe inter Abbates diu receptus.

Scripta huc pertinentia ſunt:

J. J. Moſers Staats-Archiv. T. 1. 1755. p. 245. &

T. 1.

T. 1. 1756. p. 27. EIVSDEM Staats-Angelegenheiten T. 1. p. 116. Neue Staats-Canzley T. 16. p. 369. T. 21. p. 321. KOENIGS Selecta Juris publici T. 47. p. 50-87. Supplem. T. 1. p. 307. Moſers Reichs-Staats-Handbuch. T. 1. p. 459. T. 2. p. 323. EIVSDEM neueſter Zuſtand des beſondern teutſchen Staats-Rechts. p. 187-189. und in dem Anhang. p. 303. EIVSDEM Tractat von den teutſchen Reichsſtänden. L. 2. C. 3. §. 24. p. 749. Cramers Wezlariſche Nebenſtunden. P. 58. p. 77. ſqq.

## §. 11.

Ordinibus provincialibus jus agendi Conventus de regula non competere niſi convocatis à Domino territoriali fere uno ore profitentur, qui hoc argumentum tractarunt. *In Convocatione Comitiorum provincialium.*

STRVBE de Statuum provincialium origine & præcipuis Juribus §. 24. in Decade Obſerv. Obſ. 4. p. 211. J. J. Moſers Abhandlung von der Landſtände Conventen ohne landesherrliche Bewilligung. (Stuttgardt) 1765. 4. EIVSD. zweyte Sammlung neuer Abhandl. von Staats-Sachen n. 3. p. 105. Nebenſtunden. p. 876 - 902. 6. Stück. Selchows Juriſtiſche Bibliotheck. 2. Th. p. 424. 425.

Conferantur ſimul *Capitulationes* Leopoldi. Art. 3. *Joſephi I.* Art. 3. *Carolina* Art. 5. & inprimis *noviſſima* Art. XV. §. 3. verbis: „ -- auch nicht zugeben, daß die Landſtände - - in dergleichen Sachen ohne der Landes-Herrn Vorwiſſen und Bewilligung, Convente anſtellen „ und halten.

Id tamen de regula tantum valere ac exceptiones nihilominus admittere, natura rei docet. Etenim quum Ordines provinciales partes univerſi populi agant, ſive tutando jura ipſius, ſive tractando cum Principe de conditionibus eorum, quæ poſtulantur à Populo, Collectæ aliave, omnino neceſſe eſt, ut quandoque conveniant ſi non ipſi in Corpore, ſaltim tamen, quibus hæc cura demandata



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0045-4

eſt, ipſorum Delectus Ausſchüſſe. Pone vero, Principem regnantem cum omni debita obſervantia rogatum, haud annuere ipſorum precibus, neque ipſis copiam facere deliberandi de juribus commodisque univerſi, quidni Imperator ut ſummus Judex & Cuſtos Juſtitiæ, imploratus ab Ordinibus, Jure ſuo ſuppleret eundem conſenſum à Principe absque omni cauſa & contra commodum commune forte denegatum.

## §. 12.

*Exemplum I. in domo Schwarzburgo-Rudolſtadienſi.*

Quin immo reprehendit Imperator a. 1724. in Principe Schwarzburgo-Rudolſtadienſi, quod ſubditis ſuis, etiamſi deſtitutis ejusmodi Ordinibus, congreſſum ad adornandam litem ſuam contra ipſum denegaverit, & præcepit ſimul Principi, ut ne ipſos porro impediret, quo minus libere convenirent, verbis:

„ die klagende Unterthanen an Vortragung ihrer Beſchwerden, deren Berathſchlagung, auch zu dieſem Ende nothdürfftigen Zuſammenkünfften und Erſammlung der erforderlichen Gelder, anders als bißhero mannigfaltig in Præjudicium der allerhöchſten kayſerlichen Jurisdiction an Seiten der fürſtlichen Räthe, Bedienten und Beamten geſchehen, nec directe nec indirecte zu behindern. „

J. J. Moſers merkwürdige Reichs-Hofraths-Concluſa. Parte 2. Concl. 283. p. 427. 428.

## §. 13.

*Exemplum II. in Ducatu Megalopolitano.*

Sed proferam aliud exemplum de Ducatu Megalopolitano, quod apprime facit ad rem.

Quum Ordines Ducatus Suerinenſis inter alia præcipue quoque de eo queſti eſſent apud AVGVSTISSIMVM, quod Dux negaverit ipſis convocationem Comitiorum provincialium, ad Ducem tum regentem Carolum Leopoldum Imperator Reſcriptum dedit a. 1720. die 23. Aprilis ſequentis tenoris: Relatum ipſi eſſe ab Ordinibus, quod

Dux

Dux rejectis ipſorum precibus denegaverit Concilium provinciale, cum vero ſalus publica Ducatus neceſſario hoc requireret:

„ Als wollen wir deine Liebden hiemit reichsväterlich
„ gnädigſt erinnert haben, hierunter länger ſich nicht zu
„ entziehen, ſondern vermög der Ihro gebührenden Lan-
„ des - Superioritæt, einen öffentlichen allgemeinen
„ Landtag an gehörigen Orth, nach altem Gebrauch,
„ und beſonders denen Reverſalien von a. 1621. und
„ dem Hamburgiſchen Receß de a. 1701. gemäß, for-
„ derſamſt auszuſchreiben und zu halten, demnach zu
„ veranlaſſen, damit die vorhandene Landes-Gravamina
„ denen Reverſalien und Erbverträgen, auch Recht und
„ Billigkeit gemäß, erlediget und abgethan, hingegen in
„ denen Mecklenburgiſchen Landen eine vollkommene
„ Ruhe und Ordnung reſtabiliret und beveſtigt werden
„ möge, da in unvermuthetem Fall, und wann an uns
„ deine Liebden ſub termino 2. menſium gebührende An-
„ zeige der ſchuldigen Parition nicht thun ſollte, wir ſo-
„ dann, krafft Unſers allerhöchſten kayſerlichen
„ obriſtrichterlichen Ambts, vermittelſt Unſerer kay-
„ ſerlichen Commißion, zu unausſezlicher Rettung
„ des hierbey nothleidenden gemeinen Weſens, den
„ Landtag ausſchreiben und halten würden, inmaßen
„ auch wir allbereits *eventualiter* ſelbigen Landtages
„ halber, das behörige vorgekehret und veranſtaltet
„ haben; und verbleiben deiner Liebden im übrigen
„ &c. &c. „

Sequutum anno ſequente d. 15. Jul. alterum Reſcriptum cæſareum hujus tenoris:

„ Deiner Liebden wird vorhin zweifelsohne wohl be-
„ kannt ſeyn, was wir an Sie, in Commißions-Sachen
„ Dero Ritter und Landſchafft wider dieſelbe unterm
„ 30. Aprill 1720. wegen Ausſchreib- und Haltung ei-
„ nes Landtages haben ergehen laſſen. Nun iſt zwar



„ ge-

„ gebührend vorgetragen worden, was maßen und aus
„ was für angebrachten Urſachen bey Uns deine Lieb-
„ den ſowohl die Ausſchreib- und Haltung ſothanen
„ Landtages deprecirt, als auch gegen obgedachte Unſere
„ kayſerliche Commißion abermalen ſich beſchweret und
„ deshalben zu verfügen gebeten. Nachdem aber wir
„ ſolches anderweits ein ſo anderes Einwenden und Be-
„ gehren für unſtatthafft erkannt, und hingegen die vor-
„ hin vorgeſchüzte Impedimenta vollſtändig abgeſtellet,
„ auch von Zeit der erfolgten Inſinuation Unſers an Sie
„ erkannten gnädigſten kayſerlichen Reſcripti, über die
„ darinn Ihro verſtattete 2. monathliche Friſt, ander-
„ weit eine geraume Zeit wegen ſchuldiger Parition ab-
„ gewartet, mithin die, ſolch Unſerm kayſerlichen Re-
„ ſcript angehängte Commination in die Würklichkeit
„ geſezet worden, hiernächſt das in deiner Liebden lez-
„ ten unterthänigſten Memorial enthaltene Begehren
„ Unſerer allerhöchſten kayſerlichen Authorithät, und
„ von Uns ergangenen vielen Reichs-Conſtitutions-
„ mäßigen Verordnungen, dabeneben dem Publico und
„ beſonders dem Reichskundbaren Nothſtand deiner
„ Liebden Lande, zuwider-lauffet; Als haben Wir Uns,
„ bevorab auf derer hierbey ſämtlich intereßirten höchſt-
„ flehentliches unabläßiges Suppliciren, nicht entbrechen
„ können, nunmehro, nach Anleitung obriſt-richterli-
„ chen Amts, an mehrberührte Unſere kayſerliche
„ Commißon die Ausſchreib- und Haltung des Land-
„ tages, nach der von Uns Ihro ertheilten und deiner
„ Liebden zu communicirenden kayſerlichen Inſtruction
„ zu verfügen. Wollen dahero Reichs-väterlich und
„ gnädigſt hiermit erinnert haben, hierunter ſich gezie-
„ mend zu ſubmittiren; Wobey dann auch deiner Lieb-
„ den zu Beobachtung Ihres Landesfürſtlichen Intereße,
„ ein und andere derer Sachen kundige Räthe zu ſolchem
„ Landtag abzuordnen, ohnbenommen ſeyn ſolle. „

Imperator igitur ſuo nomine convocari juſſit Ordines, quod Conſtitutiones in iisdem Comitiis decretæ commonſtrant, quarum initium quippe hoc modo fit:

„ Demnach Sr. römiſch kayſerliche Majeſtät aus triff-
„ tigen Urſachen, krafft allerhöchſten kayſerlichen
„ obriſt-richterlichen Amts den gegenwärtigen allge-
„ meinen Landtag in hieſigen Mecklenburgiſchen Landen
„ anzuordnen, der Nothdurft befunden. Und dann &c.„

## §. 14.

Si quis Princeps ſubditos ſuos vi adigeret, ut Privilegiis ſuis per longum temporis ſpatium rite poſſeſſis renuntiarent, hoc contra jus fasque eſſe, nemo negabit. Si prohinc ſubditi officium AVGVSTISSIMI judiciarium implorarent, nonne recte reſtituerentur ipſis Privilegia ac conſenſu Principis ſuppleto eadem confirmarentur?

*In Reſtitutione Privilegiorum.*

## §. 15.

Accidit & hoc in Ducatu Megalopolitano. Poſſedit Civitas Roſtochienſis inde ab anno 1218. Immunitatem à Vectigalibus, quam omnes, qui ſubſequuti ſunt, Duces regentes confirmaverant.

*Exemplum in Ducatu Megalopolitano.*

Poſſedit Civitas porro Jura Præſidii, Acciſarum & Venationis ab annis 1573. & 1584. ipſi conceſſa, usque dum Dux Carolus Leopoldus in annis 1714. & 1715., cives ejusdem in carcerem includendo, aliaque remedia violenta adhibendo, eo adegerit Civitatem, ut die 21. Aug. 1715. pactum iniverit juratum Privilegiorum iſtorum aliquatenus renunciatorium. Simulac vero à vi metuque libera fuit Civitas, convertit ſe ad Cæſarem, qui non defuit precibus, ſed pactum iſtud, utpote pactis prioribus cum Civitate antea initis contrarium eapropter irritum renunciavit, quod conſenſus civium vi extortus fuerit, addita ſimul comminatione, ſe conſervatorium eventualiter jam decretum Electori Brunswico-Luneburgico miſſu-

miſſurum, eidemque executionem mandaturum fore per Concluſum cæſareum d. 26. Maji 1716.

*in Praecognitis* oder kurzem Auszug der Deciſionum imperialium in Cauſis Mecklenburgicis. 3. Auflage. 1746. fol.

Sed poſthabito hoc Dux Civitatem coëgit, ut pactum iſtud ratihabuerit, & juramento firmaverit die 7. Aug. 1716. Enimvero Cæſar pactum æque ac jusjurandum iterato renunciavit irritum ac conſervatorium eo quoque extendit per

*Concluſum* d. 26. Aug. 1716.

Cum vero nec hoc attento Dux Regens Civitatem ad novam rurſus pacti iſtius agnitionem coëgerit d. 24. Sept. 1716., AVGVSTISSIMVS Conſervatorium iſtud, addito quidem alio pro conſervandis juribus Nobilitatis immediatæ, confirmavit in

*Reſcripto* de 22. Oct. 1717.

declarans ſimul irritam ultimam illam agnitionem, id quod Commiſſio Cæſarea exequuta fuit.

Reſcribendum ſimul Duci curavit Cæſar, ut Civitati pacta iſta annihilata in originali traderentur, quum alioquin declararet iſta mortificata, omni valore iſtis ademto, vi ſuæ poteſtatis judiciariæ per

*Concluſum* d. 5. Mart. 1720.

Quod & poſtea perfecit confirmatis Privilegiis ſupra allegatis per Reſolutionem cæſaream d. 28. Maji 1755. hujus tenoris:

„ Ihro kayſerliche Majeſtät haben gehorſ. Reichs-Hof-
„ raths allerunterthänigſtes Gutachten allergnädigſt
„ approbirt, dieſemnach
„ 1. wird von Ihro kayſerlichen Majeſtät krafft al
„ lerhöchſten kayſerlichen obriſt-richterlichen Amts
„ der Stadt Roſtock auf deren und der Mecklenburgi
„ ſchen Ritterſchafft allerunterthänigſtes Anrufen, aus
„ trifftigen Urſachen und zu beſonderer Rettung ſelbiger

„ Stadt

„ Stadt Roſtock aus dem kundbaren Nothſtand, die „ Renovation der in dem von Kayſern zu Kayſern con„ firmirten Erbvertrag von 1584. ex cauſa oneroſa ge„ gründeten, auch gegen Revers und jährliche Abſtat„ tung gewißer Recognitions-Gelder in Uebung ge„ brachten und beybehaltenen Acciſe bey der von dem „ Herrn Herzog zu Mecklenburg auf vorhergegangenes „ dreymaliges Suppliciren des Stadt-Magiſtrats zu „ Roſtock auch erfolgte zwey Commiſſariſche Erinne„ rungen unterbliebenen Verwilligung, hiermit biß „ auf weitere kayſerliche Verordnung und mit Vorbe„ halt der ſonſten hierunter dem fürſtlichen Hauß Meck„ lenburg zuſtehenden Gerechtſamen gegen die in ange„ zogenen Erbverträgen a. 1584. verſchriebene Rever„ ſalien und jährliche 600. fl. Recognitions-Gelder ver„ ſtattet, dabey aber auch der Mecklenburgiſchen Rit„ terſchafft die deroſelben nach den Reverſalien von „ a. 1572. und 1621. eingeſtandene, ingleichem den kay„ ſerlichen Mandaten von dem 12. Maji 1679. und dem „ 6. Jun. 1708. beſtetigte Immunität dergeſtalt reſer„ virt, daß in ſpecie von denen aus ſelbiger Ritter„ ſchafft, welche in der Stadt Roſtock wohnen, nnd da„ ſelbſt nicht bürgerliche Nahrung treiben, keine Acciſe „ gefordert werden ſolle. „

& per Concluſum cæſareum d. 13. Apr. 1733. hisce verbis:

„ ad 1. Caſſation des Vergleichs vom 21. Aug. 1715. „ werden 1. Autoritate cæſarea die über den mit der „ Stadt Roſtock am 21. Aug. 1715. errichteten Ver„ glich und deſſen Ratification vom 1. Aug. 1716. ver„ faßte Inſtrumenta ſub iisdem datis nebſt den übrigen „ darzu gehörigen Schrifften pro *mortificatis & caſſatis* „ erklärt; hingegen wird

„ 2.) die gebettene *Confirmatio Privilegiorum* nach alter „ Form, in ſpecie Inhalts des von Herrn Herzog Fri-

„ derich Wilhelm zu Mecklenburg den 28. Merz 1702.
„ ausgeſtellten und in dem Bericht vom 31. Oct. & præſ.
„ von dem 9. Dec. 1720. in Copia vidimata befindli-
„ chen Confirmations-Brieffs, folglich mit Auslaſſung
„ der angemaßten neuerlichen Clauſul, hiermit ertheilt,
„ und ſoll aus der kayſerlichen Reichs-Canzley forder-
„ ſamſt expedirt werden. „

## §. 16.

*Circa Feuda mediata.*

Quod ad Feuda mediata attinet, conſtat, quid circa eadem diſponat Art. XXXI. Capit. noviſſ. §. 1. verbis:

„ Wir gereden und verſprechen Churfürſten, Fürſten
„ und Ständen (die freye Reichs-Ritterſchafft einbegrif-
„ fen,) wegen ihrer angehöriger Lehen, ſie ſeyen gelegen,
„ wo ſie wollen, bey ihren lehensherrlichen Befugniſſen
„ auch Gerichtbarkeit in denen dahin nach Lehenrechten
„ gehörigen Fällen allerdings ohnbeeinträchtiget und
„ ihnen darinnen von keinem Reichsgerichte, neque ſub
„ Prætextu continentiæ Cauſarum neque Judicii uni-
„ verſalis eingreiffen zu laſſen. „

Attamen quod in iisdem Imperator Poteſtatem ſuam judiciariam, quæ ipſi univerſim competit, æque exercere ſoleat, ſupplendo quandoque Conſenſum & Domini directi & Agnatorum ſequentia dilucidabunt exempla.

## §. 17.

*Exemplum in Principatu Anhaltino-Cœthenſi.*

Primus caſus exſtitit in Principatu Anhaltino-Cœthenſi.

Etenim cum in ultimo bello, quod inter Auguſtam Regemque Boruſſiæ fuit, à Rege dicto in annis 1757. usque ad annum 1762. Principibus Anhaltinis innumeræ imperarentur præſtationes, Princeps Anhaltino-Cœthenſis ſuæ partis dimidium ſuo marte & inconſultis Statibus provin-

vincialibus impoſuit Ordini Nobilium, cuivis eorum ſimul rata ſua deſignata, ipſe vero, quamvis Poſſeſſor multorum bonorum nobilium ſenſim coëmtorum, plane nullam partem totius in ſe vel Cameram ſuam transtulit.

Graviter quidem querebantur de hoc Nobiles apud Principem ſuum, at loco medelæ inſtabat executio Regis militaris, & Princeps excuſabat moram in medendo, ob imminens moræ periculum.

Cum tandem impares ejusmodi omnibus ex reditibus fundi præſtandis coacti fuerint contrahere æs alienum, Princeps ipſis denegavit Conſenſum ad oppignorandum Feuda, quamvis in Receſſu provinciali d. 29. Nov. 1652. expreſſe cautum fuerit, quod Principes tenerentur impertire Conſenſum ſuum, ſi Vaſallus debitum quoddam contraheret eo fine, ut Collectæ provinciales exinde ſolvi poſſint.

Prohinc cum Princeps perpetuo eundem abnueret Nobilibus ſuis, nil ipſis reliquum fuit, quam ut tandem ſeſe converterent ad AVGVSTISSIMVM exhibita hunc in finem d. 13. Sept. 1766. ſupplicatione humillima, cui ſimul adjuncta fuerant duo Impreſſa de a. 1765.

Cum Princeps poſtea quoque perſeveraret negare conſenſum feudalem & creditores Nobilium ſimul inſtarent, d. 14. Nov. eodem anno Nobiles alium libellum ſub titulo: allerunterthänigſter Nachtrag, Cæſari inſinuaverunt. Omnium horum Scriptorum Autor fuit illuſtris Conſiliarius in Cauſis Juſtitiæ intimus PÜTTER, Fautor mihi nunquam non pie devenerandus, in ſeinen auserleſenen Rechtsfällen. T. I. p. 555.-730.

Communicabantur hæc omnia Principi per Concluſum cæſareum d. 27. Jan. 1767, addito hoc, quod Conſenſus feudalis petitus ad æs alienum propter præſtationes illas contractum concederetur, atque uti hæc præſtita forent,

intra duos menſes edoceretur ; quod mox d. 24. Aug. ejusdem anni, cum dilationem quæſiverit Princeps, aliud ſequutum fuit Concluſum ſequentis tenoris:

„ 1. Die Hauptſache betreffend, detur quidem dem im-
„ petrantiſchen Herrn Fürſten adhuc petitus terminus
„ duorum menſium ad informandum, ſed ſub Præjudi-
„ cio, daß bey längeren Verzug derſelbe mit dem erfor-
„ derten Berichte præcludirt und in Contumaciam wei-
„ ter in Sachen fürgegangen werden ſolle. „

„ 2do. In puncto Proviſorii detur quoque demſel-
„ ben adhuc petitus terminus duorum menſium, ſed
„ ad parendum Reſcripo cæſareo ſub comminatione,
„ daß im widrigen von Ihro kayſerlichen Majeſtät der
„ *à parte impetrante* begehrte Landes- und Lehens-
„ herrliche Conſens auf dißfallſiges impetrantiſches
„ weiteres Anrufen in Contumaciam ſupplirt werden
„ ſolle. „

Addes his, ſi placet, Scripta huc facientia:

Moſers Reichs-Staats-Handbuch. I. Th. 3. B. 24. Cap. p. 376-380. 2. Th. 3. B. 29. Cap. §. 270-274. EIVSDEM Tr. von dem neueſten Zuſtand des beſ. teutſchen Staatsrechts. p. 70. 71. Anhang. p. 251.

## §. 18.

*II. Exemplum in Ducatu Megalopolitano.*

Feuda ipſa ſine conſenſu Domini directi & Agnatorum alienari non poſſe, ipſa Feudi natura docet, at ſi quæres ſaltim de Dominio utili à Vaſallo alienando, idem quoque prohibent leges feudales.

*2. f. 52.* & *55.*

Enimvero leges feudales Megalopolitanæ prohibent, ut ne Dominus directus conſenſum denegaret ad alienanda Feuda quoad Dominium utile, niſi Feudum propediem ad Dominium directum apertum iret ; uti quidem verba Reverſalium de a. 1572. §. 8. clare ſonant:

„wenn

„ wenn jemand um lehensherrlichen Conſens anſuchet, „ ſo ſolle ſolcher nicht geweigert werden, wann das Lehen nicht auf dem äußerſten Fall ſtehet. „

Id quod & Reſolutio cæſarea de a. 1733. n. 492. Deciſ. Mecklenb. alleg. ad gravamina Nobilium de a. 1723. 1724. 1726. & 1727. ſequenti modo confirmavit:

„ 1. daß das, wegen Verweigerung des lehensherrlichen Conſenſus ſub dato Danzig d. 20. Merz 1726. „ ergangene fürſtliche Reſcript hinwiederum zu caßiren und zu annulliren und hinführo der lehensherrliche Conſens, ſowohl zu denen über die Lehengüter „ und deren Pertinentien geſchloſſenen Kauff und anderen Contracten, als zum nöthigen Holzfällen, nicht „ weiter denegiret, ſondern der hierunter ergangenen kayſerlichen Verordnung vom 19. Oct. 1724. „ jedesmal gebührend nachgelebet werden ſolle. „

„ 2. Soll angeregter Conſens, auch unter dem Anmuthen, daß man bey jedem Fall renovirte Lehenbriefe „ anzunehmen ſich zuforderiſt verbindlich machen, oder „ auch der Jagden und anderer Gerechtſame ſich vorher begeben ſolle, und was ſonſten von dergleichen „ praejudicirlichen, derer Vaſallorum Jura ſchmälernden, Poſtulatis mehr ſeyn möchten, nicht difficultirt, „ vielmehr alles, was darunter bißher angezeigt worden, oder noch dergeſtalt angezeigt werden könnte, wieder aufgehoben ſeyn; Hingegen ſolle der ſeithero von „ ihme dem Supplicanten difficultirte Conſens ohne „ alle Reſtriction und Bedingung binnen 2. Monathen „ ertheilet, auch überhaupt ratione futuri ſelbiger Conſens, wann die Lehen nicht auf dem äußerſten Fall „ ſtehen, à die petitionis durch die fürſtliche Lehen-Cammer den Supplicanten wenigſtens intra bimeſtre ſpatium in petita Forma ausgefertiget werden, „ daß nach Ablauf des Termini, ſolche Lehen-Veräußer- „ und Veränderung rechtsgültig und beſtändig geachtet,

„ und *Auctoritate caeſarea* der Conſens ſuppliret wer-
„ den ſolle. „

## §. 19.

*3. Tria alia Exempla in eadem Domo Megalopolitana.*

Pari modo Imperator conſenſum à Duce Megalopolitano Carolo Leopoldo ad Feudum vendendum Nobili de Lützow porro denegatum in contumaciam pro impertito ſe declaraturum, eumque ſuppleturum per Concluſum de 31. Aug. 1722. in alleg. Deciſ. cæſar. in Cauſis Mecklenb. obvium promiſit:

„ In puncto Conſenſus detur dem Herrn Herzog ex
„ officio ein Terminus bimeſtris mit der Verwarnung,
„ daß in Unterbleibung der ſchuldigſten Berichts-Ein-
„ ſendung der von Impetranten geſuchte Conſens
„ ohne weiteres zu erwarten, ertheilet ſeyn ſolle. „

Idem accidit in cauſa feudali Nobilis de Pleſſen in Herzberg per Concluſum Imperatoris de 1734. d. 20. Nov. ibidem occurrens:

„ Nicht weniger wird des Herrn Herzogs Carl Leo-
„ polds wider den von Pleſſen zu Herzberg, wegen Alie-
„ nirung ſeines Lehenguts, gegebener Beſcheid hiemit
„ caßiret, und bey fortwährender Hartnäckigkeit und
„ Renitenz beſagten Herzogs in Verfolg kayſerlicher
„ Reſolution vom 23. Merz 1733. der lehensherrliche
„ Conſens zu Alienirung der Lehengüter, und zum nö-
„ thigen Holzfällen aus kayſerlicher Machtvollkom-
„ menheit hierdurch ſuppliret und dem Herrn Com-
„ miſſario allergnädigſt aufgegeben, auch dieſe kayſerli-
„ che Verordnung zur Execution zu bringen.

Cum Nobilis de Hahn in Dieckhof a. 1737. de denegato conſenſu feudali ac de negata Inveſtitura apud Cæſarem quereretur, Concluſum cæſareum ſequebatur d. 17. Sept. 1737. hujus tenoris:

„ wird das gegen Implorant en bey Anſuchung des le-
„ hensherrlichen Conſenſes und Ertheilung der würk-

„ lichen

„ lichen Belehnung über das von ihme verkaufte Lehens-„ Appertinenz zu Schlackendorf von des Herrn Herzogs „ zu Mecklenburg außer Lands und zu Wißmar beſind-„ lichen Räthen unternommene ohngebührliche, wider-„ rechtliche und beſonders gegen die kayſerliche gerech-„ teſte Reſolutionen d. 23. Merz 1733. laufende Ver-„ fahren und ſomit auch vornemlich der dardurch von „ dem Imploranten ſtrafbar erzwungene eydliche Re-„ vers hiemit von kayſerlich allerhöchſt- und obriſt-„ richterlichen Amts wegen gänzlich caſſiret und „ annulliret, forthin auch der Implorant von aller „ ohnedem in Rechten nicht ſtatt habender Verbindlich-„ keit angeregten nichtigen und caßirten Reverſes ledig „ und loß geſprochen. „

„ 2.) Idque ratificetur per reſcriptum dem kayſer-„ lichen Commiſſario Herrn Herzog Chriſtian Ludwig „ von Mecklenburg mit der weitern kayſerlichen Ver-„ ordnung, daß ſelbiger im Fall mit der von Implo-„ ranten beſchehener Erkauffung des angezeigten Le-„ hens-Pertinenz in Schlackendorff, es ſonſten allent-„ halben ſeine Richtigkeit habe, und ſich darunter kein „ rechtliches Bedenken ereignete, denen kayſerlichen al-„ lerhöchſten Reſolutionen gemäß auf Imploranten „ ferneres geziemendes Anſuchen ſowohl den lehens-„ herrlichen Conſens darüber, als auch die gebettene „ würkliche Belehnung und ſonſten gewohnliche „ Muthſcheine *auctoritate caeſarea* ſuppliren, und von „ dem dazu beſtellten Juſtiz-Collegio gehörig ertheilen „ laſſen, auch wie es geſchehen, und was ſich allenfalls „ vor Anſtand dabey ereigne, an kayſerliche Majeſtät „ ſub Termino 2. menſium gehorſamſt berichten ſolle. „

Cum tamen hoc non attento Dux Carolus Leopoldus Megalopolitanus neque conſenſum ſuum, neque Inveſtituram impertiret, retulit id Commiſſarius Cæſareus Dux Chri-

Chriſtianus Ludovicus ad AUGUSTISSIMUM ac Cæſar decrevit d. 26. Febr. 1738.

„ 1. Ponatur des kayſerlichen Commiſſarii erſtatteter
„ Bericht ad Acta &

„ 2. reſcribatur eidem: Gleichwie in der an Ihn den
„ 17. Sept. anni elapſi ergangenen gnädigſten Verord-
„ nung bereits enthalten, daß die von Imploranten dem
„ von Hahn gebetene würkliche Belehnung oder an de-
„ ren ſtatt, der ſonſt gewöhnliche Muthſchein über das
„ von ihme in Schlackendorff erkauffte Lehens-Perti-
„ nenz *auctoritate caeſarea* von ihm Herrn Commiſſario
„ in Conformitæt der kayſerlichen allerhöchſten Reſo-
„ lution vom 23. Merz 1733. ſupplirt und von we-
„ gen kayſerlicher Majeſtät ertheilt werden ſolle: al-
„ ſo habe es auch allerdings dabey ſein Bewenden,
„ welches Ihro kayſerliche Majeſtät demſelben zu ge-
„ höriger Nachacht- und Befolgung auf einkommendes
„ anderweites implorantiſches Anſuchen hiermit ohn-
„ verhalten ſeyn laſſen wollen. „

## §. 20.

*Epilogus.*

Poſſem quidem innumera adhuc proferre exempla, in Actis publicis hinc inde obvia, ſed cum hæc, quæ huc conſcripſi ſelectiora, ſatis abundanter ut arbitror demonſtrent theſin meam de ſuprema auctoritate Imperatoris ſupplendi id, quod Jus faſque poſtulat, reliqua prætereo ſilentio.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0058-6

ULB Halle 3
005 362 318

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0059-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0060-7

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE
# POTESTATE AVGVSTISSIMI SVPPLETORIA
VTPOTE PARTE POTESTATIS IVDICIARIAE NECESSARIA.

---

QVAM
RECTORE EBERHARDINO - CAROLINAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO
DVCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE
rel. rel.
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRO MVNERE PROFESSORIS EXTRAORDINARII
RITE CAPESSENDO
DEFENDET

IO. CHRISTOPHORVS FRIDERICVS BREYER
I. V. DOCTOR, SERENISS. DVCIS ARCHIVARIVS SECRET. ET INSTITVTI REGII HISTORICI GOETTING. MEMBRVM CORRESPONDENS,

*RESPONDENTE*

CHRISTOPHORO ALBERTO BÜHLERO *Stuttg.*
IVR. CAND.

---

*Die Octobris Anno* MDCCLXXII.

---

TVBINGAE, LITERIS SCHRAMMIANIS.

58
1772,2.
2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-167021-p0061-3